

EPISTOLA.

intelligāt. Adolescentibus autem ad uos studiorum gratia missis non erit inutilis in huiusmodi introductione exercitatio, nam priore libello numerandi rationem seu logicam, quam potui breuissime tradidi, quem per lusum ac successiuis horis, nec ita multis ediscere quibunt, maiore certe utilitate non solum in re literaria, sed etiam in profanis negocijs, quam epistolæ huius modus dicere permittit: posteriore autē eadem breuitate numerorū theoremata cōplexus sum, quantum eorum naturas & proprietates, ex uarijs authoribus obseruata meminisse potui, potissimum tamen Boëtium secutus, qui de eodem duo uolumina reliquit. Hæc una aditū faciet studiosis ad rerum abstrusarum perceptionem, si quid Platoni credimus libro de legibus IIII. imo ad artium liberaliū, quas solēt nobis discētibus quadriuales uocare, & ad naturas rerū cognoscendas eam habet utilitatem, quā ad intelligendos poëtas cæterosq; scriptores ars grāmatica, certe F. Quintilianus ne oratorem quidē, cuius professio longiore paulo interuallo ad numeros respicit, absolutum esse putat absq; huius disciplinæ cognitione. Habent huiusmodi artes